erat talis q nō potuisz āmouere iterdictū iure p̄nciplr po
situ puta inferior epo: qz q̄dā cū vniuersitate trāseunt q̄ vl's
nō trāsirēt. ¶ Quart⁹. Lardie Ciuitas ois ꝓter vrbē: q̄ ise 4ª ꝙ
quentib⁹ hostiliter cardinalē ꝯsiliū dederit auxiliū vel fa
uorē vel intra menseꝫ malefactores hꝫ sicut debuerit ꝛ po
tuit nō punierit pontificali dignitate p̄uata ē ꝛ nihilomin⁹
iterdicta de pe.c. Felicis i fi.li.6. ¶ Quit⁹. Papa. qñ i aliq̄ 5ª ꝙ
ciuitate iminet electio sūmi pontificis facienda dñs aluq;
rectores ꝛ officiales ciuitatis debēt cardiales mō debito
includere. Et super his ꝯuocatis clero ꝛ ppl'o iuramentū
p̄stare: ꝙ si nō obseruēt ea q̄ debēt vel fraudē ꝯmittāt ciui
tas illa est iterdicta ꝛ pōtifice p̄uata. de elec.c. vbi li.6. De
iterdicto aūt loci ꝛ terre videt ꝙ sic afficiat locū ꝙ qñ ter
ra alicuius dñi iterdicit sola terra quā possidet tēpore sen
tētie late est affecta. Ita ꝙ si postea nouā acqrat illa nō af
ficit sentētia antiqua: qz cautio damni infiniti nō extendi
tur ad domos nouiter acqsitas. Et si alienauerit terraz āti
quam illa transit cum onere interdicti. Et similiter videt
q̄do est familia iterdicta vel de iure quod est raro: vel ab
homine sicut sepe fit de consuetudine: qui tunc erat de fa
milia si recedat nō desinit esse interdictus ꝛ g de nouo ad
uenit non incipit esse interdictus.

Quātum ad secūdū sunt etiā q̄ttuor ꝯnes ꝟm quat
tuor casus q in his versibus cōtinent. In
terdicunt homines q̄ttuor q̄ sequunt. Populus atq; loc⁹
nec nō rep̄salia fenus. ¶ Prim⁹. ppl's dicit de sen.ex.c. Si p̄ 1ª ꝙ
snia li.6. ꝙ iterdicto ppl'o non iterdicit nec clerus nec eꝯ.
Sed qñ populus est interdict⁹ quocūq; vadat secuz fert
suum interdictum nec debet admitti ad diuina. Qñ autē
terra est interdicta tūc illi de terra alibi admittūt. Item
qñ ad homines nō iterdictos veniūt hoies interdicti ille
populus ad quē venit homo iterdictus ex hoc ipso fit a iu
re iterdictus q̄diu ille ibi est: qz a iure est ꝓhibituz ne hō
interdictus admittat ad diuina: immo suspendit ab igres
su eccl'esie qui admittit vt supra dictū ē. g ppl's fit iterdict⁹
a iure q̄do ad ipsum declinat homo alterius populi inter
dicti: ꝛ multo magis si tot⁹ populus: qz illo p̄sente sibi in
terdicūt diuina. de p̄uile. epoꝝ. ¶ Secūdus. Atq; locus. 2ª ꝙ
Eo ipo ꝙ homo declinat ad locum interdictū fit iterdict⁹
q̄diu ibi ē q̄tū ad hoc ꝙ ibi iterdicunt sibi diuina ēt plus
q̄ illis de loco qui si sunt clerici aut religiosi intra suam ec

DIÓCESIS DE PLASENCIA
ARCHIVOS

ecclesiaz possunt audire diuina:hic autē nō: immō si aliquis habet ꝓuilegiuz celebrandi tempore interdicti licet possit admittere familiares suos si est singularis ꝑsona:quod nō potest ꝺuentus cuius aliquādo familiares sunt effrenata multitudo:tñ extraneū nō habentez super hoc ꝓuilegium nullus admittere pōt de ꝓuileg.c.lz.li.6. Unde nec isto casu admittentes talem interdictū icurreret penam iuris: qz
3ª ? nō est ꝓprie interdictū. ¶ Tertius. Repzesalia. Uniuersitas q̄ aduersus ꝑsonas ecclesiasticas ꝺcesserit repzesalias: quibus alius ꝑ alio pignozaī sicut habet consuetudo nundinarum campanie ꝙ mercatoze deficiente quicunqz de sua ciuitate inuentus in cozpoze z in rebus capitur: nisi infra mensem reuocauerit subiacet interdicto.de Iniur. c.i.
4ª ? li.6. ¶ Quartus. Fenus. Uniuersitas que vltra tres menses permittit alienigenas publice fenerētes in terra sua habitare:ipso facto est interdicta. Et nihilominus terra ei⁹ sit interdicta si per mensem sustinuerit animo ꝺurato populus suum ꝓmum interdictū ꝑsonale. Et istud scōz locale interdictū durat q̄ꝺiu illi nō expellūtur:qō etiaz videtur valde graue de ciuitatib⁹ lombardie que habēt maximū districtum vt si ꝓpter vnū usurarium i vno angulo tolleratum tota terra eoꝝ sit interdicta. Et magis si Rex frācie vnicum usurarium i vno angulo regni sui substineat ꝙ ꝓpter hoc totuz regnum subiaceat interdicto:propter quod videtur aliquibus ꝙ terra illa i qua eum substinet est interdicta nō alia:vt puta si parisius substinet tota prepositura parisius nō plus.vt sic capiaī terra.s.illa portio in qua usurarius sustineī �path diuisionem dñi ꝺsuetam. Alys videtur ꝙ sicut ꝓ vnico crimine etiam extra terrā cōmisso vel in vno angulo de quo essz icozrigibilis tota terra regni iuste interdiceret:sic z hic. ¶ Sed hic notāduz ꝙ aliquid singulare videtur esse i interdicto hōiuz.qz q̄n populus interdicitur.de quo diciī aque sunt populi i apoca.i 7. Sicut ē vna aqua numero q̄uis cōtinue varieī:z que accedit reputaī eadez: z que recedit diuersi:Sic i populo interdicto videī ꝙ quicūqz icipit esse de nouo de hoc populo hoc ipso sit interdictus sine noua sentētie prolatōe:z econuerso: q̄n desinit de nouo esse de populo:desinit esse interdictꝰ:qz si aliter esset:tunc si populus ad quem talis de nouo accedit esset interdictus ipse esset ligatus duplici interdicto ꝺtra intētionem ferentiū qui nolebant ligare illos qui nō erant: z pꝫs qz si contingeret populum ꝓmuz omnibus ꝓmis mozruis z alys subzogatis imitari cessaret interdictum quod non videī:immo etiam qui nascūtur ex interdictis reputantur interdicti sicut z si essent nati tempoze lati ꝓmo interdicti: qz vniuersitas inquātū hꝰ interdicitur z nō persone singulares nisi ꝑ accidēs. Quod autē dicitur extra.c.Si sententia.ℌ.fi.ꝙ singuli extra euntes de populo interdicto nō admittūtur ad diuina: hoc est qz nō recedunt animo illū populum deserendi:z tūc est verum q̄ꝺiu sunt de populo interdicto sunt interdicti:nō autē postq̄z desinūt esse de populo interdicto licet secus sit de terra interdicta vt dictuz est: qz illa vt res singularis afficiī non vniuersitas. Et pari rōne secus de familia interdicta que nō est proprie collegiuz: nec vniuersitas vt dictum est in fine primi articuli.

Quantum ad tertium sunt tres ꝺciusiōes �path tres casus qui i his versibus ꝺtinētur. Interdicūtur loca sacra tribusq̄ sequūī. Funerat iducēs hereti
p° ? calem quoq̄ tangēs. ¶ Primus. Funerat inducēs. Quando homo iducit ad electionem sepulture alium per votuz iuramentum z promissionem vel huiusmodi que liberam electionem vel mutationem impediunt sic.s.ꝙ sine pecca to mutare non potest:ex hoc ipso electio non valet. Sed ille tumulandus est illic vbi erat sepultura non electa. Si vero i ecclesys vel cimiterys inducētium fuerit sepulti sepelliētes obligātur ad restitutionem tam sepultozum coz pozum si petātur q̄z omnium que occasiōe sepulture illoz perueneriī quomodolibet ad eosdem infra decēdium itegraliter faciendam. Quam nisi fecerint ecclesie ipse apud quas sepl'ti fuerit necnō z cimiteria earūdez ex tūc eo ipso sint z tādiu maneāt ecclesiastico supposita iterdcō donec ab eis facta fuerit restitutio plenaria predictozū.de sepul. c.i.lib°.6. Ubi ꝺcunt quidam ꝙ itelligitur si i ecclesia fuerit sepultus: qz tunc ecclesia cum cimiterio fit interdicta. Si autem sepultus fuerit talis i cimiterio nō propter hoc ecclesia fit interdicta sed solum cimiterium. Item itelligūt de cimiterio ꝺtiguo nō alio.argumētū eius ꝙ de pollutōe ꝺcitur de cōsecra.eccle.c.i.lib°.6. Et simile habetur de interdicto de sen.ex. Si ciuitas.ℌ.vlti.lib°.6. Aly vero ꝺcūt indifferenter ꝙ in quocunqz illozum sepelliatur vtrunqz illozum vbicunqz sit interdicto subiciī.s.ecclesia z cimiterium ipsozum iducētiuz sepeliētiū: qz hic expresse vtrūqz per se interdiciī. Secus autem q̄n alteꝝ tñ exprimiī. Nā tūc magis ꝺignū trahit ad se minus ꝺignuz. cōtiguum nō ecōuerso nec aliter. Et sic loquūī iura illa: z hec est verioz opinio. Si autem sine dolo z fraude z obligatione homo aliū iducat ad eligendū. vel mutādum sepulturam nō ipz obligās ad nō mutādū locū nō hz locū hec ꝺstitutio. Ubi dubiū est si ipsemet curatus hanc iductionem faciat apud quem erat de iure tumulādus vtꝝ ecclesia vel cimiteriuz sint interdicta: z videtur ꝙ delictum suum nō noceat ecclesie q̄n ibi sepeliaī. ¶ Secūdus hereticalem:q̄n hereticalis traditur scienter ecclesiastice sepulture locus ille perpe
z°½ tua careat sepultura ita ꝙ recōciliatio hic nihil valz. Nec videtur episcopus posse istud interdictū ammouere: qz q̄n ꝺcit perpetua ammouet iferiozibus dispēsationem. de hereticis.c.quicūqz lib°.6. ¶ Tertius. Quoq̄ tangens:sicut
3ª½ in duobus primis casibus est ecclesia interdicta vel cimiterium indistincte.s.ille locus in quo aliquis sepultus erat interdictus vel hereticalis.ita hic q̄n ecclesia est interdicta ab homine vel a iure eo ipso cimiteriū ꝺtigūū capella contigua reputantur interdicta: sicut ciuitate interdicta suburbia sunt interdicta. Secus autem si nō sunt cōtigua.ex.e. Si ciuitas.ℌ.ratione.lib°.6. Dico autem cōtigua quozum vltima sunt simul:vnde si inter ecclesiam ex vna parte z capellam z cimiterium ex alia non est nisi paries medius cōtigua sunt: qz vltimum ecclesie est suus paries qui est simul cum terra capelle z cimitery: qz vtriusq̄ superficies est simul cū nihil solidū sit mediū. Si etiam paries capelle z cimitery contingeret parietem ecclesie idez esset. Secus si esset aliqua terra media inter duos parietes: quia illa sola esset interdicta.

Quantum ad q̄rtū sunt.6.cōclusiones ꝑm.6.casus q i his versibꝰ cōtinenī. Sed polluunī loca sacra sex q̄ sequūī. Sanguis:adulteriū sit ꝓncipaleq̄ p° ? tactū. Sacrās sepultus gens aut excōicatꝰ. ¶ Prima sanguis. Ecclesia z cimiteriū reputanī polluta per sanguinis effusionē ibi factā violēter z iniuriose:sicut ꝑ homicidiuz z mutilationē vel aliā vulnerationez. de ꝺse.di.i.c. Si motū z.c.se.nec debz celebrari nec ibidez sepeliri quousq̄ recōciliet. de ꝓuile.c. Tuaꝝ. Si aūt homo sine alterius violentia z ꝑ se ibidē emittat sanguinē ꝑ nares nō ꝓpter hoc polluiī. Ecōuerso.si qs intra eam suspēdiī aut sine sanguinis effusione suffocaī nihilominus reconciliatione idiget. Si vero alibi vlneratus illuc fugiens adhuc sanguinaret vel mozereī nō propter hoc polluereī. Ecōuerso si ibi vulneratus anteq̄z ad terram sanguis decurreret exiret:nihilominus qz infra eam sanguinis effusionis causa facta est reconciliatiōe indiget. Et si martyr in ea occisus est recōciliatiōe idiget:qz ꝑ mozte eius pꝫs fit iniuria ecclie ex prescientium: lz ꝑ passionem ecclesia honozetur vt ē illud. Actio displicuit passio grata fuit:hoc est intelligendum de

DIÓCESIS DE PLASENCIA
ARCHIVOS

enorm̃i ꝛ nõ de modica ꝛ leui percussiõe: puta cũ vngui⁹ vel denaribus aut dentib⁹ ꝛ hꝰ. Si aũt lapis de superiorib⁹ cadens ibi hõiem vulnerauerit vel occiderit: vel furiosus nõ habẽs vsuz ratiõis hec ibi fecerit ĩ se vel ĩ alio: nõ est homicidiũ vbi deest mala voluntas hoĩs: ideo nõ indiget reconciliatione. Si vero aliquis sue mentis compos seipsum occideret verum homicidium esset: vnde reconciliatione
2ª ? indigeret. ¶ Secundus. Adulterium. Emissio seminis siue ꝑ adulterium siue per simplicem fornicationẽ polluit ecclesiã ꝛ cimiteriuz. de ꝯse. di. i. Ecle. de ꝯse. ecle. c. vlti. de adu. Significauit. Non ãt si custos eccl'ie ibidẽ nocturno somno polluaꝫ. Si vero vir ibi vxori debituz reddat vel causa ꝑlis debitũ ibi petat: nihilominus ratione loci fit sacrilegiũ: quod alibi esset licitũ ꝛ violatur loc⁹ ꝛ polluiꝫ: si ue sint ibi ĩclusi tẽpore guerre nõ audẽtes exire siue alias: Cũ aũt viciũ sodomiticũ sit grauius peccatũ q̃ adulteriũ cum etiam sit cum seminis effusiõe: reconciliatione indiget. Propter occultã aũt seminis effusionẽ quãtũcũq; illicitã ꝛ inominabilẽ q̃ diu occulta est recõciliãda nõ est: sꝫ ille occulte puniendus ẽ. Unde sicut solemnis pnia nunq̃ pro occulto crimine imponẽda ẽ: ita cum reconciliatio ecclesie semp fiat cu solemnitate: nũq̃ faciẽda est nisi ꝑ pollutione solemniter diuulgata. de adult. c. Significasti. Si autem sacerdos sciat tm̃ ꝑ ꝯfessionẽ ecclesiã pollutaz nec etiam ĩ occulto tenetur abstinere a celebrando ibidez: nec episcopo debet dicere vt dicũt gdã q; reconciliet ecclesiaz causa nõ expressa: qz ex his que scit tanq̃ deus nõ ꝓhibeꝫ ipse vt homo nec artaꝫ ad aliqd faciẽdũ vel omittenduz.
1ª ? ¶ Terti⁹. Sit ꝑncipaleq̃ tactũ. Qm̃ ecclesia polluiꝫ quoquo modo eo ipso itelligũꝫ polluta cimiteriũ ꝛ capella cõtigua sicut de iterdicto dictuz fuit non autẽ econuerso: qz magis dignum trahit ad se minus dignum. Secus autem si nõ sit cõtigua. sꝫ eoꝝ extrema ad inuicem separata: ꝛ duorum cimiteriorꝝ pariete disiũctorꝝ sꝫ per hostium de vno ad aliud transeaꝫ pollutio vnius nõ inficit aliud. de ꝯse. ec
4ª ? cle. c. i. lib⁹. 6. ¶ Quartus. Sacrans. Si ꝯsecrans ecclesiaz vel benedicẽs cimiteriũ sit publice excõmunicat⁹ indiget recõciliatiõe. Et hoc notat hosti. de ꝯsecra. eccle. ꝯsuluisti. Si aũt excõmunicat⁹ publice ibi celebret vel sepeliat nõ propter hoc necessaria est recõciliatio. de sacra. ite. c. Anobis. ¶ Quintus. Sepultus gens. i. gentilis: qz si hereticus
5ª ? tunc videꝫ locus nõ solũ pollutus sꝫ iterdict⁹: qz dicitꝫ de hereticis. c. z. lib⁹. 6. q; loc⁹ ille perpetua careat sepultura: qõ nõ est de polluto ĩ quo post reconciliatiõez potest sepeliri: qz heretic⁹ est deterior gentili. de hoc de ꝯse. di. i. eccle siam de ꝯse. eccle. c. ꝯsuluisti. Si autẽ cathecuminus ante baptismũ ibi sepeliaꝫ sꝫ fieri nõ debeat tm̃ non polluiꝫ locus: qm̃ nõ reputaꝫ ifidelis: sed crediꝫ habuisse baptismũ flammis: sicut nec de illo q; in suo sanguine baptiçaꝫ ꝛ tãq̃ martyr sepeliꝫ: sꝫ in tractatu de matrimõio quando dicitꝫ cultus disparitas dirimit matrimoniũ: ibi accipiꝫ fidelis cũ infideli. i. baptiçatus cũ non baptiçato etiam fideli. Sꝫ de puero filio fidelium mortuo ante baptismũ est ꝯsuetudo quorũdaz q; nisi mater in partu moriaꝫ non sepelliꝫ in cimiterio benedicto. Nulli enim datur ecclesiastica sepultura nisi de quo crediꝫ q; tũc vel quãdoq; ĩtrabit ĩ requiẽ ecclesie triumphãtis: nõ tm̃ idiget reconciliatione: qz sꝫ nõ sit fidelis: non tamen est proprie gentilis vel infidelis ex quo est filius fidelium. Puer autem filius infideliũ tumulatus bene polluet sicut si esset magnus. Quãdo aũt mater moriꝫ ĩ partu enixũ mortuũ vel q; statiz ãte baptismũ moriꝫ ꝯsuetũ est vt sepelliaꝫ cum ea sꝫ sciamus ipsum dãnatum: qz reputaꝫ quasi pars viscez ꝛ pro honore matris christiane coniunguntur in sepultura quasi fuerint coniũcti ꝛ nunq̃ separati in vita: ꝛ ĩ morte: ꝛ ió nõ polluiꝫ locus.
6ª ? ¶ Sextus. Aut excõicat⁹. Ecclesia vel cimiterium vbi ex cõicatus publice sepelitur eo ipo polluũntur vt ĩ dictis. c. de ꝯse. di. i. ecclesiam. de ꝯse. eccle. ꝯsuluisti. Uerũ est q; cũ hic officiales aliquando ratione sepulture excommunicati subyciunt locuz interdicto: quanuis autem is cui est ingressus ecclesie interdictus si moriatur hoc interdicto durante non debet in ecclesia vel cimiterio sepeliri nisi penituerit: nõ tamen ibi sepultus facit locum pollutũ cuz non sit excommunicatus. Et sic intellige de sen. excõ. c. Is cui. ¶. i. Sed de interdicto simpliciter qui non debet sepeliri si non sit clericus si sepelliatur dubiũ ẽ vtr̃ locus ꝑ hoc polluaꝫ. Et videꝫ q; non: qz non ẽ ĩ iure expressum.

Quãtum ad secũdũ principale. s. que tempore generalis interdicti permittunꝫ ꝛ que prohibẽ tur. sunt. i i. cõclusiones. ¶ Prima ꝯ. q; baptism⁹ tam parpᵃ ? uulorum q̃ etia adultorum nõ solus quo ad substantiam: sed quo ad solemnitatem omnem tam cathecismi q̃ exorcismi permittitur. ¶ Secunda ꝯclo. cõfirmatio: ꝛ ratiõe 2ª ? eius etiam in cena domini chrisma conficiendũ est. de sen ten. excom. c. Qm̃ lib⁹. 6. vbi tria predicta per ordinem cõtinentur. ¶ Tertia conclusio. penitentia. que sꝫ olim solis 3ª ? morientibus cõcedereꝫ: nunc aũt etiam sanis qui nõ dederunt causam interdicto. Et illi etiam si posse suum faciunt de satisfaciendo: ꝛ merito: quia istud sacramentum est necessitatis sicut baptismus ꝛ plusq̃ confirmatio: Unde magis deb t concedi non solum semel ĩ anno sed iterum ꝛ iterum ꝛ quoticns opus erit: vel placitum confiteri. exr̃. c. Alma. ¶ Quarta cõclusio. Matimoniũ concediꝫ sꝫ non be- 4ª ? nedictio nuptialis: immo negaꝫ. ¶ Quinta cõclusio. extre- 5ª ? ma qdem vnctio negaꝫ omnib⁹ laycis: ꝛ solũ clericis ꝛ religiosis ẽ cõcessa. Ex quo videꝫ non eẽ necessitatis: qz tũc non negaretꝫ sicut nec baptism⁹ nec penitẽtia. Quidã aũt dicũt q; nec clericis nec religiosis extrema vnctio cõcedi tur tempore iterdicti: qz prohibentꝫ omnia diuina nisi illa q̃ specialiter ꝑmittunꝫ. Nũq̃ aũt specialiter iueniꝫ vnctio cõcessa qbuscũq;. Nam extra de pe. ꝛ re. Qz in te. ꝑusq̃ dixerat q; vnctio ꝛ sepultura omnib⁹ iterdiciꝫ dicit q; sepultura clericis cõcediꝫ: Unde tacẽdo de vnctõe videꝫ eam ĩ sua ꝓhibitõe retinere. Alq dicũt eo ipso cõcedi vnctionez que aie ẽ necessaria q; cõcediꝫ sepultura soli corpori profi cua. ¶ Sexta cõclusio. de ordine qz cum ordines nõ nisi ĩ 6ª ? missa solẽni dentꝫ ꝛ missa nõ debeat solẽniter celebrari: iõ nec ordines ĩ terra interdicta debent celebrari etiaz quãdo licet solemniter celebrari in q̃ttuor festis quãdo minores ordines alias dari pñt: nec ĩ sabbato sctõ qñ alias maiores dantꝫ: qz iure antiquo erat ꝓhibitũ ꝛ iure nouo nõ est cõcessuz. ¶ Septima ꝯclusio de Eucharistia. q̃ iure nouo 7ª ? sic diciꝫ. In singul'mõasterys dña officia debẽt dici submissa voce ianius clausis ĩterdictis exclusis. In paschate ãt ꝛ pentecoste ꝛ natali ꝛ assumptione beate virginis licet alta voce ianuis aptis solis excõicatꝫ exclusis: Sic tm̃ q; illi q; dederũt causaz ĩterdicto nõ appropinquent ad altare. Ubi ꝑmo ẽ sciẽdũ: qz de monasterys solum videtur loqui: quod idem intelligenduz est de ecclesijs collegiatis in quibus diebus singulis est missa celebrãda solemniter. de cele. mis. c. Cũ creatura. Et similiter tempore interdicti campanis non pulsatis sed ianuis clausis ꝛc̃. Idez etiam est de prioratibus non cõuentualibus: qz monasteria dicuntur. sed in simplicibus parochijs videntur seruanda iura antiqua vt tantum semel in septimana liceat celebrare pro eucharistia pro infirmis seruanda. Item q; dicitur ad altare nunquam appropinquet: quidaz intelligunt de oblatione ad altare ad quam interdicti qui nõ fuerũt causa possunt admitti: non autem illi qui fuerunt causa sꝫ admittantur infra ecclesiam ad audiendum missam: sicut vsurarij manifesti qui non sunt excommunicati nec ab ingressu ecclesie suspensi sed tantum ab altari. de vsur. c. Quia in om-

DIÓCESIS DE PLASENCIA
ARCHIVOS

nibus. Non autem intelligunt hoc de cōmunione quam dicunt tempore interdicti nulli debere dari nisi in mortis articulo. sicut olim de penitē. ⁊ remi. Or in te: quia ī hoc nihil est imutatum. Alys autem videtur qꝫ statutum generalis concily necessitatem imponit semel in anno communicandi. Unde cum sacramenta necessitatis adminus inquantum sunt necessitatis concedantur tempore interdicti per consequēs communio semel in anno maxime: qr inseparabiliter se cōcomitantur: ⁊ appellatione penitentie viaticum continetur vt in dicta decre. dicitur. Or ī te. Putarem autem papam super hoc consulēdum. Sed vtrum religiosi fm suam cōsuetudinem possint sepius communicare: Nam qꝫ possint sacerdotes in collegys sicut prius celebrare bene innuit decreta. nō sic autem de simplici communiōe. De hoc etiam putarem papam consulendum. De festis autem illis videtur festum omnium sanctorū quod est de maximis excipi debuisse quod est maius cōꝫ assumptiōis: quia est de beata virgine ⁊ de omnibus sanctis ⁊ de deo etiam sicut officium ostēdit: etiam cōmemoratio omnium fidelium defunctorum: quia sicut vna communitate interdicta alia non interdicitur sic nō videtur propter peccata viuentium debere auferri suffragia defunctorum qui sunt de alio foro specialiter qꝫ semel in anno tm̄ fit pro omnibus. Sed lex cōꝫcōꝫ dura seruanda est vt non extendatur plusquam extensa sit. Or autem dicūt quidam a vespera vsqꝫ ad vesperam debere intelligi cum exclusione completorij vltimi in illis quattuor festiuitatibus nō videtur. Nam si in illis festiuitatibus licet alta voce celebrare omnia diuina cum completerium diei sit pars magis cōꝫ completorium vigilie: ⁊ festum quod habet secūdas vesperas semper habet completorium cum eadem solēnitate: nec minori cōꝫ primum completorium fm ritum ecclesie: ideo vtrūqꝫ icluditur. Similiter quia lz officium communiter solēnitatis incipiat a primis vesperis: quia tamē officium solemnitatis paschalis ⁊ gaudia incipit ī missa sabbati vbi etiam dicitur. Deus qui hanc sacratissimam noctem: ideo tunc alta voce ⁊ ianuis apertis hoc potest fieri: quia si ī vesperis potest cum vespere sint infra missam ad missam videntur pertinere: vnde vtriqꝫ debetur par honor. Et similiter de pentecoste: vnde ⁊ in missa de vigilia dicitur prefacio sicut ⁊ in die. Similiter videtur de natali: quia in missa de vigilia solemnitas incipit. Sed de assumptione bene
8ª ♀ dicit: quia solemnitas incipit in vesperis. ¶ Octaua cōclusio. de benedictionibus est dicendum. qꝫ omnis solemnis benedictio sicut abbatum abbatissarum ⁊ virginum que cum solemnitate publice fieri solēt ⁊ cuz missa. vnde tempore interdicti cessant multo magis cōꝫ benedictio nuptialis que est minor. Potest. tamen qui interdictum posuit in eo dispensare pro certo loco ⁊ tempore ⁊ personis: nec per hoc soluitur interdictum sicut dicitur in. c. Alma. qꝫ quando interdicti admittuntur ad penitētiam nō propter hoc fit simpliciter relaxatio interdicti vt propter hoc iterum opporteat sentētiam ferri. Unde si ille qui posuit interdictum tempore paschatis vel amore fratrum predicatorum vel minorum relaxat ipsum ī die festi eorum quo ad ipsos volentes interesse ita tamē qꝫ postea remāeat sicut prius potest facere: nec est suspensus si hoc facit sine noua monitione quia non est noua sentētia. Et similiter dispensatiue relaxando in parte potest episcopus benedicere moniales vel abbates ⁊ huiusmodi: si tamen tullit interdictum vel talis sit cuius sententiam ipse potest tollere alias non. In interdicto enim interdicitur omnibus hominibus in tota tali terra toto tali tempore participatio diuinorum. Sicut ergo potest ammoueri ab omnib⁹ ⁊ tota terra ⁊ toto tempore: ita ⁊ a quibusdam ⁊ a quadam parte terre ⁊ quodam
9ª ♀ die. ¶ Nona conclusio. videtur qꝫ similiter de excommunicatione sit dicendem lz quidā negent: qr lz episcopus nō possit dare licentiam cōmunicādi cū excōicato cōꝫdiu excōmunicatus est: si tamē est talis excommunicatio a qua ipe potest totaliter absoluere ⁊ respectu omniū sine: quia ipse tullit sine qr alias sibi competit: ita potest eam partialiter tollere. Nō est enim aliud excommunicatio nisi quoddaz iuris viculum ens ratiōis tātum quo iste prohibetur communicare omnibus ⁊ omnes illi. Absoluere vero non est aliud cōꝫ dare sibi licentiam communicādi omnibus ⁊ omnibus illi. Si autem potest interdici alicui communio omnium multo magis communio quorūdam tātum: ⁊ sic potest excommunicari partialiter respectu hominuz vel terrarum: sicut excommunicatio minor partialiter excommunicat respectu communium. Et similiter si potest licentiari vt communicet cum omnibus quod est absolui simpliciter: pari ratōe ad communionem in isto vel cum isto loco vel tempore: quod est absolui partialiter. Et similiter de interdicto. Potest enī ferri partialiter: puta qꝫ vbicunqꝫ talis erit quandiu ibi erit locus sit interdictus. Tunc enim illo intrante locus incipit esse interdictus ⁊ eo existēte desinit ⁊ redeunte redit. Et similiter potest partialiter relaxari. ¶ Decima conclusio. qr quod dicitur in decreta: io♀
Alma. nihil imutat ī sepultura: vnde soli clerici ⁊ religiosi habēt sepulturā ī cimiterio bñdicto lz cū silētio sine cantu debeat fieri officiū. de peni. Or in te. Layci vero ex cimiterio inter sunt sepelliēdi. Soluto aūt interdicto ad cimiteriū vbi elegerāt transferēdi: qr cui non cōicamus viuo nec mortuo. Uñ sicut viui carēt ingressu ecclie sic mortui cimiterio ⁊ plus: qr si ēt morirent ī quattuor festiuitatib⁹ ī quibus viui ingrediūtur ecclias nō propter hoc haberēt tūc ecclīastica sepulturā: qr vtrūqꝫ erat pus iterdictū ⁊ modo alterꝫ tantū legit pmissuz. Clerici vero sicut viui habēt ingressuz ecclie: sz sine solēnitate sic ⁊ sepltura ⁊ pls: qr si extrāe⁹ clericus vel religiosus veniat q qr ꝓuilegiat⁹ nō ē nō debz admitti ad diuina nisi forte eēt familiaris psone singlari ex spāli ꝓuilegio celebrāti nihilomin⁹ hic ad sepulturā ecclesiastica admitteret: qr iure ātiquo ℔ pmittebat ⁊ iure nouo nō sic ꝓhibet admitti ad sepulturā sicut viuus ad missaz: Quāuis āt ꝓuilegia qbuscūqꝫ ꝛcessa ante decretalē alma. sint p ea reuocata nō tm̄ ꝛcedēda: vñ decr. de ꝓuil. licz. nihil opat q ad ꝓuilegia ātiq sz q ad ꝛcessa p⁹ decretalē Alma. ¶ .i.♀. qꝫ si ē alicui post illā ꝛcessū celebrare diuina tpe interdicti nō dz admittere ad ea aliquē extraneū nisi ille ꝓuilegiū hēat postea silr ipetratū vel nisi sit su⁹ familiaris. Si vo esset ꝛcuetus hēns istud ꝓuilegiuz q pōt hēre nimis mltos familiares ⁊ forte oēs de villa q plras sunt ad bñficia recepti ⁊ sic frustraret interdictū: nō lz familiares istos recipe ꝛcuetui plusqꝫ exneos sz solū ꝓuilegiatos. Dicūt aūt famli ⁊ officiales ingsitoꝝ ꝓuilegiati qꝫ audiāt diuina tpe interdicti. Sz nisi istud ꝓuilegiū sit renouatū post decretalē alma reuocatū ē. Si aūt sit renouatū tūc ipsi cū ꝓuilegius non determinet sibi locum vbiqꝫ possunt admitti ad diui-

Quantū na quāuis sint extranei.
ad tertiū ꝓncipale q. s. sit pena interdictū violātiū sunt septē ♀nes. ¶ Pria ♀ ē. qꝫ celebrās ī ecclia interdicta vl ī cimiterio interdicto ē irregularis. de sen. exco. Is q: nec ꝑt nisi p papā dispēsari. Et idē ē ī qcūqꝫ loco celebret si ille loc⁹ ē interdict⁹: ⁊ cū ℔ ē suspēsus ab ingressu ecclie donec satisfaciat ad arbitriū iudicis q tullit sniaz interdicti vl ad arbitriū epi si ē interdictū iuris. Uñ peccat mortalr quotiens audit missam in ecclia vel cimiterio qūsqꝫ satisfecerit. Et ℔ pls opat suspensio cōꝫ irregularitas. ¶ 2ª ♀ ē. qꝫ si celebrat aliqs sciēter corā publice interdcō pp ℔ nō ē irregularis sz ē suspēsus ab ingressu ecclie vt ꝓ⁹ de ꝓuil. c. Epoꝝ li. 6. ⁊ ē argumentū qꝫ si hō celebrat ī ecclia i q eps excōicabat oēz q ibi celebrabat sine sua licētia speciali non ē irregula-
ꝑª ♀ 2ª ♀

DIÓCESIS DE PLASENCIA
ARCHIVOS

tis:qz nõ ē irregularis nisi pp celebrare i excõicatione. Sz cũ causa poz sit effectu ipse q celebrauit ē excõicandus nõ excõicat⁹. Sicut bõ nõ ē irregl'aris pria vice qua celebrat coz̃ iterdicto sz suspensus. Sz si postea celebrat tũc ē irregl'aris. Argumẽtũ tñ cõtra:qz q ordinem furtie suscipit qñ est excommunicatio lata ipse est irregularis:ita q̃ episcopus potest quidez a sententia absoluere sed non ab irregularitate nisi papa dispensaret:z tamẽ nõ est irregl'aris. nisi quia in excommunicatione ordines suscepit. Et dicendũ q̃ ille est irregularis non qua sit ordinatus excõmunicatus:sed quia scienter a non suo:de quo dicitur ō tempori. ordi.cap.i.lib.6.manere perpetuo suspẽsos. Perpetua aũt suspensio est irregularitas. Uel dicendum q̃ episcop⁹ excõmunicauerat omnem accedentem ad ordines z non solum omnem suscipientem:vnde eo ipso q̃ accessit ordinandus antecꝫ ordinaretur erat excommunicat⁹. Et ita esset hic si episcopus excõmunicasset omnez qui ibi aliquod diuinum officium exerceret:quia tunc statim i principio miss̃e fuisset excõmunicatus. Sed quando dixit omnem qui celebrauerit:quia non celebrauit quousqꝫ missa finita fuit
3ª ideo zc̃. ¶ Tertia conclusio ē. Oz qui publice interdictum admittit ad ecclesiasticam sepulturam:vel ad diuina officia vel ecclesiastica sacramẽta suspẽsus est:vt prius de priuileg.c.Episcoporum lib.6. Unde si esset abbas potens dare minores ordines q interdictũ faceret acbolytuz ipe eẽt irregularis:quia propter primum ordinem fuisset suspensus:quia ad perfectum sacramentuz admisisset:postea aũt conferendo alios iam suspensus eẽt irregularis. Dico aũt abbas:qz episcopus hanc penam non incurrit:qz non ē expressum.
4ª ¶ Quarto.pena est in decretali nouissima clemẽtis: q̃ nõ seruãtes i terdictũ qõ mater ecclesia seruat sunt ipso facto excõicati:z similiter qui non cessant ea cessante: cum tamen olim contra cessationem faciens non fieret irregularis. Sed circa cessationem solum hoc est innouatũ: z nihil aliud. Jdeo sicut prius tempore cessationis non licebat celebrare etiã submissa voce sic nec modo:nisi ꝓut consuetudo tempore cessationis in illa ecclesia habebat. Plura autem liceret tempore interdicti. z tamen est vna pena excõmunicationis vtrobiꝫ:quãuis non sit idem modus violandi vtrunꝫ. Uerius tamen videtur q̃ tempore cessationis non minus liceat z debeat dicere z dici diuinũ officium cꝫ tempore interdicti quod est artius seruanduz. Sciendum tamen q̃ illa noua decretalis Clemẽtis nõ intelligitur de cessationibus prelatorum nisi sint vera interdicta:qz illi possunt ponere verum interdictum:sed de cessationibus capitulorum que non habet aliud remediũ. Uñ in alys cessationibus nec iure nouo aliquid imutatum est de iure antiquo:nec est aliqua excommunicatio nec suspẽ
5ª sio nec irregularitas. ¶ Quito.q̃ celebrans in ecclesia vel cimiterio pollutis vel quodcunꝫ aliud diuinum faciens certũ est q̃ non est irregularis nec suspensus.de sententia
6ª excõmuni. Js qui lib.6. ¶ Sexto videtur dubium vtrum sepeliens in loco interdicto sit irregularis. Et dicũt quidã q̃ sic si est interdictũ ab homine:secus si a iure: qz mitius agitur cum lege cꝫ cum legis ministro. Sed hoc non videtur:quia non inuenitur.sed verum est q̃ celebrans vel faciens celebrari diuina in loco iterdicto est suspensus: de priuileg.c.Episcoporum. Diuina aũt sunt non solum missa: sed etiam alia diuina officia. Unde videtur q̃ sit suspẽsus talis qui solemniter sepelit:cum hoc inter diuina computetur. Unde z propter hoc symonia cõmittit. ¶ Septimo.
7ª q̃ de illo cui interdictus est solus ingressus ecclesie certũ ē q̃ celebrans in ecclesia vel cimiterio est irregularis:non autem si alibi:vt supra dictum est. Sed si esset suspẽsus nõ solũ ab ingressu eccle: sz cũ hoc a diuinis tũc vbicũcꝫ diuina celebraret fieret irregularis sicut de sen.ex.c.i.lib.sexto.

Circa 4ᵐ principale prio videdũ ē qd sit interdictũ. 2° q̃t modis dicat̃. 3° q̃t sint spẽs eius. 4° quam ob cãm possit poni. 5° qs possit iterdicere. 6° qs nõ possit. 7° q̃ ordine possit fieri siue dẽat. 8° sub q̃ forma v̄boz. 9° q̃s penas gnãliter iferat. 10° q̃s spãliter. 11° qb⁹ cõcedat gr̃as gnãliter. 12° q̃s pmittit gr̃as epis. 13° quas religiosis. 14° quas secularib⁹ clericis. 15° quas laycis. 16° de sepulturis iterdictorum. 17° in quo violatur iterdictũ. 18° de pena temere violantium interdictum. 19° de absolutione interdicti. 20. de confirmatione eiusdem.

Quantum ad primum est sciendum q̃ interdictuz est censura ecclesiastica in penam contumatie vel offense lata:arcens precipue populum ne cõmunicet sacramentis. Ecclesiastica ponitur ad differentiam interdictorum legalium:que olim erant solemnes verborum conceptiones quibus pretor aliquid fieri iubebat maxime cum de possessione vel quasi inter aliquos contẽdebatur. Et ex illis quedam erant restitutoria quedam exbibitoria vt isti.eo.ti. Et p totũ. Sacr̃is ponit̃ ad dr̃iam effectus maioris excõicatiõis: q̃ sepat ẽt a cõione fideliũ. Habet g̃ similitudinẽ cũ excõicatione minori que a sacramentis tantum separat.3.q.4 Engeltrudam. z tamen excommunicatio minor ab alia recessit z interdictum quodam modo in eius locum mutato nomine surrexisse videtur.

Quantum ad secundum sciendum q̃ dicitur hic censura quandoque interdictum quandoqꝫ suspensio diuinorum quandoqꝫ cessatio a diuinis vt ex̃ de offi.or. Irrefragabili.ex̃ de ꝓse.eccle.vel alt⁹. Si ecclesia. Proprie aũt suspẽdi dicunt̃ diuia ꝓpter violationẽ eccl'e:vl' pẽsionẽ ñ solutã:vt ex̃ de appel. Dilecti.filij. Qr̃ si aliqs ali⁹ pter ipos canonicos celebraret i eiusmodi eccl'a: immo etiã si aliqs de ipis canonicis ibi celebraret nõ incurreret irregularitatẽ:qz nõ est interdictũ iure ordinario.vt dicit Inno.sup eo.cap.Dilect⁹. Jdẽ est qñ eccl'a clauditur z asportant̃ relige a plato pp defensionẽ patronoꝫ vt notant Inno.sup.c.Tãta:ex̃ d excess.platoꝫ. Peccaret tñ alter:qz temere i eccl'a violata vl' clausa ꝺvolũtatẽ canõicoꝫ ibi celebraret excepto ꝓbo epo q põt quoties vl't celebrare i eccl'a cathedrali si canonici absqꝫ manifesta z rõnabili cã maxie i ꝺtẽptũ ipius epi cessant a diuinis: vt ex̃ de offi. ordi. Plus dico q̃ si aliq vel aliqs de canonicis ponerẽt sine ꝺsensu epi z alioꝫ frũz veri nois iterdictũ i aliqꝫ eccl'az. eps nõ debet obseruare nec sustiere q⁹ ab alys obs̃uet̃. ex̃ de his q̃ fiũt a maiori parte:cap.c.Quesiuit.

Quãtũ ad 3ᵐ sciẽdũ q̃ interdictoꝫ due sũt spẽs. Nã aliꝺ ẽ gnãle aliꝺ spãle. Gnãle nõ solũ ẽ qñ regnũ ꝓuincia vel terra iterdicit̃:veꝫ ẽt qñ castꝫ iterdicit̃: ex̃ ō v̄bo.sig. Cũ i ptib⁹: Spãle ꝺo ẽ cũ iter pl'es eccl'as pauce vel vna interdicũtur. Sz si villa vel castꝫ vnã tãtũ hẽt eccl'iaz: z illa iterdicto suppõitur:vocat̃ gnãle. Et ꝓ tanto dr̃ ne bi g hñt ꝓuilegiũ q̃ tpe gnãlis iterdicti possunt celebrare ianuis clausis submissa voce:dicũt hoc eẽ gnãle: cuz regnũ vel ꝓuincia interdicitur tãqꝫ hoc sit spãle. Sic.n.qdã fecerũt sumẽtes a ꝺrio sensu q̃ de vno negat̃ de alio cõcedit̃:extra de presumpti. Nõne. Et hoc dicit Inno.super illõ capitulum. Cum in partibus extra de v̄bo. signifi.

Quantũ ad 4ᵐ.s.quã ob cãm posset poni interdictũ nõ eẽt facile pstrigere:cũ hoc sit ꝺ offõ iudicũ quoꝫ offiñ latissimũ ẽ. Sz hoc ẽ certũ q̃ pp pẽsionẽ nõ solutã vel delictũ vni⁹ clici vel layci nõ ꝺz eccl'a s.layci interdicto:qz pctã suos actores tenere debẽt:z pẽa nõ ẽ vlteri⁹ extẽdenda cꝫ delictũ in extendẽte reperitur.extra que

Quantũ fiunt a maiori parte .capituli.c.Quesiuit. ad 5ᵐ qs.s.possit iterdicere. Est sciendum q̃ papa interdicit.extra de excessib⁹ platoꝫ. Tãta. Legat⁹ ex̃ de officio delegti. Nouit Delegatus. ex̃ de officio delegat.

DIÓCESIS DE PLASENCIA
ARCHIVOS

Sane. Aly ecclesiarum prelati. extra de officio ordi. Cum ab ecclesiarum. Prelati quoq; qui non habent iurisditionem ab episcopis seu a collegis vel ab alys: ⁊ si nō possūt excommunicare possunt tamen interdicere vt notat Innocen. super capi. extra de officio archidi. Archidiaconus. Item clericus confirmatus quāuis non receperit cōsecrationem potest interdicere: quia hoc est iurisdictiōis. extra de translationibus. Transmissa. vacante ecclesia interdicit capitulum. extra de officio ordi. Episcopus.

Quantum ad sextum. s. quis non possit interdicere. sciendum q; solus episcopus ⁊ non inferior prelatus potest locum interdicto suppōere sine consensu capituli: nisi habeat aliud ex priuilegio vel ex consuetudine prescripta. Innocen. super capitulū. Cum inter. extra de consuetudine. Item sine iudicio capituli non debent interdici ecclesie subditorum ab episcopis. Addit Innocen. Uerum est hoc q; non potest episcopus ecclesias interdicere imperpetuum vel ad multum longum temp⁹ sine consensu capituli. Et hoc maxime obtinet vbi procedit ex officio contra absentem vel contra presentem cōtumacem. Nam tunc est cum maiori maturitate procedendum. Sed in iudicio solus episcopus vel quilibet alius iudex potest hoc facere. extra de officio delega. Sane. Item abbas qui ex consuetudine iurisdictionem habet: licet possit canonicos ⁊ clericos sibi subiectos suspendere ab officio ⁊ beneficio: non tamē poterit interdictum iuris ponere sicut nec excommunicare: vt notat Innocen. super cap. Dilecto. extra de offi. ordi. Item interdictum ab vno canonicorum vel pluribus sine consensu episcopi ⁊ aliorum fratrum in ecclesiiam aliquaz positum episcopus seruare non debet nec permittere q; ab alys obseruetur. extra de his que a maiori parte capituli fiunt. Quesiuit. Ex consuetudine autem potest induci vt quilibet canonicus habeat iurisditionem in aliquos homines super quos habet prelationem aliquam: puta qz sunt vel habitant in prebenda: ⁊ tunc non poterit ꝑm consuetudinem nisi tantum interdicere certos homines vel excommunicare: sed non terraz. Sed hoc non potest consuetudine īduci q; pro factis quibuslibet ecclesie quilibet canonicus īterdicat vel excommunicet homines ecclesie. Nec enim quilibet de cap. est dominus hominum ecclesie: sed vniuersitas. iz. q. z. Qui manumittuntur. Innocen. super capi. Quesiuit. extra de his que fiunt a maiori parte capituli. Possunt igitur interdici subditi a prelato suo ordinario: siue ab alio habēte iurisditionem delegatam. extra de iudicys. Ac si. extra de officio delegat. Sane. alias sentētia a non suo iudice lata non tenet vt ibidem dicitur. Exempti autem ꝑm formaz exemptionis siue interdici non possunt. extra de priuileg. capell. ⁊ cap. 4. In quo etiā cap. cauetur vt cum prelati religiosos exemptos interdicere non possint in eorum odiū non interdicant alios eorūdem familiares ⁊ amicos.

Quantum ad septimū. s. quo ordīe ferri debeat. sciendum q; rationabiliter debet ferri. Alioquin lator incideret in penam illius. extra de senten. exc. Sacro. ⁊ cum medicinalis vt dicit Inno. super cap. Cum ad ecclesiarum: extra de offi. ordi. Pena autem illius concily ē q; qui competenti monitione non premissa sententiam ꝓmulgat ingressum ecclesie per mensem sibi nouerit interdictum. alia nihilominus pena mulctādū si visum fuerit expedire. Item in scriptis ferri debet ⁊ causa exprimi. Exemplum vero scripture tenebitur interdictis tradere intra mensem sententie late. Qz si quis temere violauerit per mensem vnum ab introitu ecclesie nouerit se suspensum. Superior vero ad quem recurritur sine difficultate relaxet: latorem siue interdicentem ad expensas omnes ⁊ ad interesse condemnet. Si vero intra mensem quo suspensus est diuina officia prosequitur sicut priꝰ irregularitatem non effugiet super qua non nisi per summum pontificem poterit dispensari. extra de senten. excō. Cum medicinalis ex verbo. Nec eadem in sententys excommunicationis suspensionis ⁊ interdicti volumus obseruari. Item iudex cū temperamēto debet procedere circa maiores personas verbi gratia. Si est episcopus qui puniendus est primo ingressum ecclesie vel sacerdotale officium interdicat: aut etiā terram q̄ ad iurisditionem suaz pertinet specialiter interdicto supponat. extra de officio delega. Sane. Debz lator q̄q; sententie discretꝰ eē puniendorum circunstantias indagando. extra de verbo. signifi. Querenti.

Quantum ad Octauuz sub qua forma. Sciēdū est q; forma īterdicti talis ē. Nos propter talem causam ciuitatem vel terram ecclesiastico supponimus interdicto. Interdictū igitur nomē est iuris ⁊ plus importat q̄z verbi proprietas sonet ⁊ Innocen. sup capi. Tanta. extra de excess. prela. Aliter interdictuz ad arbitrium latoris potest formari sententia. videlicet vt interdicat celebrationem missarum cantu vel celebrationē vesperarum seu solemnitates alias vel sepulturam tantū. Potest enim excipere quos vult vt dicit Innocē. sup cap. Ecclesiastica. extra de priuileg.

Quantum ad nonum. s. que sit pena generaliter interdicti. Sciendum est. q; multe sunt. Nam vniuersa sacramenta negātur eis preter baptismum paruulorum ⁊ penitentias morientiuz: quibꝰ etiā conceditur viaticum. extra de senten. excom ℣ Responso. de pe. ⁊ re. Qz i te. eō de sponsali. Non est nobis. de senten. ex. Permittimus. quibus benedictio negatur ⁊ ecclesiastica sepultura. extra de pe. Qz in te.

Quantum ad decimum. s. que sit specialis pena Sciendum q; specialiter puniuntur nominatim interdicti. Nam illi sunt artius euitandi. extra de priuilegys. Cum ⁊ plantare. Isti etiam admittuntur ad diuina quando aperiuntur ecclesie etiam alys interdictis semel in anno. Qui iocundo aduētu hospitalariorum extra de priuile. Ut preuilegia. nec gaudebunt priuilegys cruce signatorum quod est in. c. Qz in te. de pe. ⁊ re. Nominatiz aūt interdicti sunt qui proprio nomine vel sufficiēti exprimunt circūlocutione ⁊ indubitata. Instit. de priui. Item Inno. super. c. In laterañ. extra de preben. ⁊ digni. Nominatiz interdicti dicuntur de quibus cuiq; constat q; sunt interdicti. Unde dicuntur nominati iterdicti etiam si castrū: vel villa fit interdicta. i. populus vnius castri: vel ciuitatis. Non nominatiz aūt interdicti vel excommunicati sunt quādo sic dicitur. Excōico talē cū fautoribꝰ suis vel participibus suis. Participes enim non sunt noiatiz interdicti vel excōicati: ⁊ ideo non tenetur quis vitare eos. vt. 3. q. i. c. z: ⁊. 3. nisi forte eēt notoria participatio eor ⁊ non esset inficiationi locus.

Quantum ad vndecimum. s. quas gratias gbusdaz concedat generaliter. Est sciēdum q; gratie que generaliter conceduntur tempore iterdicti sunt vt dictum est baptismus paruulorum. Penitentie morientium: confirmatio ⁊ viaticum decedētiū. extra de pen. ⁊ remis. Qz in te. extra de senten. excōi. Responso. Matrimonium etiam credimus posse fieri cum sit etiam apud infideles. Ordo quoq; confertur clericis cum non sint interdicti sed non laycis. Innocen. super capituluz. A nobis. extra de sponsal. Item sine scrupulo ꝛscientie possunt conuocari layci apud ecclesiam ad audienduz verbū dei: cum viderint expedire. extra de sententia excommu. Responso. Super quod dicit Innocē. notabile esse q; ad predicationem excommunicati etiam intrant ecclesiam

DIÓCESIS DE PLASENCIA
ARCHIVOS

dummodo nullum ibi diuinum audiãt officiũ. Unde colant culicem qui eo tẽpore extra ꝛ nõ intra p̃dicare volũt.

Quantum ad duodecimuz scilicet quas permittat gratias episcopis. Sciendum ꝙ speciales sunt gratie episcoporum qui tempore interdicti possunt quandoque ianuis clausis suppressa voce non pulsatis campanis excommunicatis ꝛ interdictis exclusis diuina officia celebrare: nisi hoc eis expresse fuerit interdictum: verum hoc illis conceditur qui causam aliquã non prestiterunt interdicto: nec quicquam fraudis ingesserunt. extra de priuilegi. Cz nullus. Idem dicit Innocen. ꝙ clerici scilicet familiares episcopis vel alys hoc modo priuilegiatis possunt admitti ad officium. Quod videtur tamen concedi eis ꝙ suis familiaribus dicãt. extra de priuileg. In his. Si autem conuentui concedatur priuilegiũ: familiares non debent admitti cum eis ad celebrandum officium vel audiendum nisi illi habeant priuilegium ꝙ possint admitti in locis priuilegiatis. Item priuilegiũ epicoporum est ꝙ ipsi ꝛ alij superiores nullius constitutionis sententie seu mandati occasione incurrunt sententiam suspensionis seu interdicti ipo facto: nisi de ipsis expressa mẽtio habeatur. extra de senten. excо. Quia.

Quantum ad tertiumdecimum scilicet que gratie religiosis concedãtur. Est sciendum ꝙ priuilegium hospitalariorum est ꝙ fratribus eorum missis ad recipiendum fraternitates seu collectam aperiri debent ecclesie si forte locus ille sit adminus officys interdictus vt excommunicatis exclusis diuina ibi officia celebrentur: hoc tamen intelligendum est. ꝙ in eadem ciuitate: vel castro: vel vico vna tantum aperiatur: et si plures ibi sunt ecclesie. extra de priuilegys. Ut premissa priuilegia. Innocen. ibi dicit ꝙ tunc cantabunt pulsabunt apertas ianuas tenebunt: quia populi aliter non possunt in coz officio iocũdari. Itẽ Innocen. cum dicat littera excomunicati excludantur: videtur ꝙ interdicti admittantur. Hoc verum est de illis qui non nominatiz interdicti: siue deliquerint siue non. Argu. 23. q. 4. Si habes. Item restringendum est ad illos qui non dederunt causaz interdicto. Sic ergo vides. Cz licet sit locus interdictus tamen possunt ibi celebrari diuina de licentia iuris: ꝛ etiam de licentia hominis. extra de appella. capi. Dilectis: ꝛ sic suspenditur interdictum vel potius nõ est positum: ꝛ impropie in tali locutione summuntur verba: ꝛ est sensus Interdico ecclesiam. idest celebrantes in ea. ꝛ ab hac sententia excipere potest quando vult ꝛ quos vult. Aliorum autem regularium priuilegium est vt cum generale fuerit tenendum interdictum liceat eis ianuis clausis excommunicatis ꝛ interdictis exclusis non pulsatis campanis suppressa voce diuina celebrare. Quorundam tamen priuilegium est non solum in locis suis sed vbicunque ꝙ celebrare diuina possunt tẽpore generalis interdicti ianuis clausis ꝛc̃. ¶ Aliorum autem priuilegium est. ꝙ in locis vbi celebratur ex priuilegys ꝙ possunt recipere sacramẽta: ꝛ hoc possunt p̃ formam priuilegiorum.

Quantum ad quartumdecimum. s. quod sit priuilegium clericorum secularium. Est sciendum ꝙ eorum priuilegium est. ꝙ in conuentualibus ecclesys bini ꝛ bini vel simul tres horas canõicas possunt legere potius q̃z cantare ianuis clausis excõmunicatis ꝛ interdictis exclusis voce ita demissa ꝙ exterius audiri nõ possint. ¶ Ex isto nota ꝙ interdicti non p̃nt nec debent ascultare ad parietes ecclesie: Item bis non prohibetur pulsatio campanarum ad horas sicut eis prohibetur cum dicunt semel in ebdomada missam vt in proximis. Item sicut seculares dicunt bini ꝛ bini: ita religiosi possũt omnes simul dicere. Rursus permittitur ecclesiarum ministris ꝙ semel in ebdomada tempore interdicti pulsatis campanis voce submissa ianuis clausis excommunicatis ꝛ interdictis exclusis possint missarum solemna celebrare causa conficiendi corpus domini qõ decedentibus i penitentia non negatur. extra de sentẽ. excom. Permittim⁹. Innocen ibidem. Cum hoc tantum concedatur ministris videtur ꝙ non possint alys commitere. Argumen. extra. de officys delega. cap. vlti. Sed dic ꝙ possint alys committere ꝙ celebrent: quia quod per alios faciunt: per se ipsos facere videntur. ff. de admi. tu. Ita gessisse.

Quantum ad quintumdecimum scilicet que sit gratia laycorum: sciendum ꝙ priuilegium crucesignatorum est. ꝙ penitentia eis cuz postulanerint non negatur. extra. de peniten. ꝛ remis. Cz in te. Innocen. ibidem. Etiam hoc facit eis anteq̃z proficiscãtur quotiens voluerint. Alys autem peregrinis quibus vt idẽ dicit capi. potest penitentia misericorditer indulgeri non datur nisi cum proficiscuntur. Quidam tamen dicunt ꝙ si crucesignati sint principales vel nominatim interdicti denegatur eis penitentia. De omnibus autem priuilegys supradictis sciendum est ꝙ sunt reuocata nisi quantũ concordant cuz decretali Alma. vt ibidem dicitur.

Quantum ad sextumdecimum. s. de sepultura ẽ sciendum ꝙ gratia sepulture ẽ generaliter laycis interdicta vt dicit Innoc. super. c. Ut priuilegia. Cz si ecclesia interdicta fuerit propter populum. i. in penam populi temporalem que eis infligitur etiam si nõ delinquerint ipsi: sed eorum dominus vel aliqui ex ipis: ꝛ si non omnes sepulturã parochiani non possunt eligere in non interdictis ecclesys. Si aũt ecclesia essz iterdicta pp delictum clericoruz vel violationem vel cessaretur ĩ ea a diuinis vt supra circa p̃cipium: tũc quisq̃ posset ibi elegere sepulturã. Item Innoc̃. super. c. Tanta. extra. de excес. prela. dicit ꝙ licet in loco interdicto nõ debeant celebrari diuina: nec ecclesiastica sacramenta: tamẽ poterunt ibi clerici ꝛ non alij etiam non interdicti sepeliri apud eccl'az in cimiterio. ex de pe. ꝛ re. Cz in te. nisi priuilegiati. extra de priuilegis. Ut priuilegia. Quidam tamen dicũt ꝙ nulli ẽt clerici vel priuilegiati possunt in ecclesia interdicta sepeliri. extra de priuileg. Cum ꝛ plantare. Cz si templarij. Sed secus est si terra est interdicta. vt extra de peniten. ꝛ remis. Cz in te. Item homines interdicti etiam si penitentiam acceperint in loco interdicto non sepelientur: nec ĩ loco non interdicto: nec extremam vnctionem accipient: vt in capi. Cz in te. quia licet peccatores non sint: tamẽ interdici possunt pro peccatis aliorum. 33. q. 3. Si habes. 17. q. 4. Miror. Sed illi qui inter interdictos excommunicantur specialiter licet ab excommunicatione absoluantur remanẽt interdicti quousq̃z soluaẽ generale interdictũ. ¶ Et nota. ꝙ cum locus interdictus est si in morientib⁹ apparent signa penitentie post solutum interdictum erunt in cimiterio sepeliendi. Argumen. extra de senten. ex. Cum illoruz. Et si sepulti erant apud ecclesiam dum erãt interdicti post solutum interdictum non erunt extumulandi cum ad eũ statum venerit res a quo incipere potuit. Ab his autez interdictis post penitentiam licet mortuaria recipere: quia ꝛ pro eis orandum est. 1 i. q. 3. Quicũq̃. Et si penitẽtiam non receperint non est pro eis orãdum nec mortuaria recipienda. 88. di. cap. fin. Eadem que diximus de loco interdicto: intelligimus etiam si parochia fuerit interdicta. Ducusq̃ Innocen. Clerici autem qui seruauerunt interdictum possunt sepeliri in cimiterio sine campanarum pulsatione cuz silentio cessantib⁹ solemnib⁹ oibus. extra ỏ pe. ꝛ re. Cz in te. Cõfres religiosoz sepeliãt apỏ ipoz regl'ariũ eccl'as vel

DIÓCESIS DE PLASENCIA
ARCHIVOS

aliozum non interdictas. Quod intelligendum est de his qui manentes in seculo ordini sunt oblati mutato habitu seculari: vel se ꝛ sua bona eis dederunt inter vivos retento sibi quãdiu vixerint in seculo vsufructu. Innocen. Bona omnia alq dicunt sufficere si maiorem partem. Nec oportet ꝙ isti confratres assumant habitum religiosorum: sed mutent secularem vel sumant eorum habitum sine professione. Ar. extra de regular. consulti.

